Herman. Göehauſen J.U.D.

in Academia ERNESTINA Pandect. Profeſſoris publ.

In Jure publico & privato

PERICULA ACADEMICA

Tribus partibus comprehenſa, quarum ſingulæ Indicem Quæſtionum in fine operis adjectum exhibent.

EDITIO SECUNDA *correctior.*

RINTELII ad VISURGIM,
Typis, & ſumtibus Petri Lucii, Typogr. Academici,
clɔ. Iɔ. c. XLVII.

Invictiſsimo & Potentiſsimo Principi ac Domino,

DOMINO FERDINANDO TERTIO,

ROMANORUM IMPERARORI ſemper Auguſto, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclayonię, &c. REGI,

Archi Duci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & VVürtenbergæ, &c. Comiti Habſpurgi, Tyrolis & Görtzæ, &c.

Domino meo clementiſsimo, feliciſsimam PACEM *ab æterno Pacis Principe.*

BIBLIOTECA UNIVERSITÀRIA · SALAMANCA

HERMANNI Göehauſen/ J. U. D.
& Pandectarum Profeſſoris Publici,
In Jure Publico & Privato

PERICULORUM ACADEMICORUM
PARS PRIMA;

In quâ ſuprà 50. Quæſtiones ex veris Jprudentiæ principiis, latè & accurratè reſolvuntur, & Neotericorum opiniones examinantur, quæ vel interdum refutantur, non rarò etiam comprobantur.

Scholaſticæ diſceptationes proſunt ad veri falſiq; inveſtigationem; jura per eas Studioſis magis dulceſcunt: forenſibus actionibus viam præparant: ingenium intendunt: memoriam excolunt: linguæ promptitudinem extemporariam conciliant: verecundiam nimiam ſubruſticam, quâ plerumq; juvenes perfunduntur, repellunt: & deniq; audentiam & fiduciam parant & inducunt.

RINTELII,
Typis PETRI LUCII, Typographi Academici.
C

Reverendiſſimo & Illuſtr. Principi ac Domino, DN. JOANNI-FRIDERICO, Archiepiſcopo Bremenſi & Lubecenſi, hæredi Norvvegiæ, Duci Sleſvigiæ, Holſatiæ, Stormariæ, Dithmarſiæ, &c. Comiti Oldenburgenſi & Delmenhorſtenſi:

Principi ac Domino ſuo clementiſſimo.

VEtus & novum eſt verbum, Reverendiſſime & Illuſtriſſime Princeps, Dn. clementiſſime, *quod inter* arma ſileant Leges; *ſed illud, ut verè dixerim, auctore* Zoilo *primum natum & prolatum: Tantum ſiquidem abeſt, ut vel inter ipſos Militum Magiſtros, vel etiam ipſos Studioſorum Præfectos, bellorum tempore Leges quieſcant aut ſileant, ut vel maximè tum de iiſdem loquantur & togati, & easdem exequantur, diſciplinâ Militari ſic jubente, armati. Quod de Militibus multis oſtendere meum non eſt; in re præſenti de literatis mihi præcipuè ſermo erit, quos hodiè & olim falſiverbio iſto, de grege & plebe homines pungere voluiſſe crediderim. Quod mecum conſiderans, à tempore juris profeſſionis mihi in hac* illuſtri Academia Hollato-Schaumburgica, *clementiſſimè demandata, quamvis intereà* ad arma ad arma (*factum id eſt horum temporum injuria*) *ſemper proclamatum fuerit, cum Doctoribus tamen noſtris animum huc intendi, & ſimul adlaboravimus, ut docendo & diſputando efficeremus, ne etiam inter media caſtra Leges unquam ſiluiſſe aut dormiviſſe viderentur. Sanè neq; arma Leges, neq; Leges arma expellunt, magna ſiquidem eſt armis cum legibus cognatio, adeò ut rectè dicantur fraternizare.* Ang. Aretin. in proem. Inſtit. *hinc iſtorum alterum alterius auxilio ſemper eget, unoq; ſemoto alterum corrumpi neceſſe eſt.* l. un. in pr. C. de Juſtin. Cod. conf. *cum ſine Legibus arma non procul abſint à latrociniis*, teſte Ambroſ. lib. 1. de offic. c. 35. *atq; parum proficiant foris, niſi domi prius fuerit conſilium.* Cic. lib. 1. de off. *& è contrà Leges armorum præſidio ſerventur, & ſi quid de Legibus violetur, hoc*

 armis

DECISIO
TRIVM
Quæſtionum
Uſufrequentium,

I.

An proba aquæ frigidæ, qua veneficis explorandis in Weſtphaliæ potiſſimum Circulo judices utuntur, ſit licita & legitima?

II.

An ex plurium complicum nominatione judex tutâ conſcientiâ, poſſit perſonam nominatam torturæ ſubjicere, etiam abſq; aliis indiciis?

III.

An nocturni veneficarum conventus reales ac veri ſint, ſeu potius imaginarij ac illuſorij? Vbi etiam de pœna earum, quæ non occiderint nec nocuerint, quæritur.

AUCTORE

HERMANNO Göehauſen/Doct. & Pandectarum Profeſſore, ac Conſiliario Schavvemburgico.

Qui pro tempore dicit, Apta dicit.

RINTELII,

Typis exſcripſit PETRUS LUCIUS, Typogr. Academicus.